



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

[xii].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

*minùs*, redderetquè hæc duplex quantitas illud subjectum, quasi duplici titulo exigens extendi impenetrabiliter.

XII. In alteratione strictè tali, alia datur resistentia activa, & est ipsa vis activa qualitatis, quâ agit in contrarium, illudquè debilitat. V. G. calor producendo in agente contrario, nempe frigido, calorem, perquè cum minuendo frigus, adeoque activitatem ejus: alia formalis, & est eadem qualitas, quatenus per unionem sui cum subjecto impedit unionem contrarii cum eodem subjecto. Resistit quandoquè qualitas formaliter tantùm, v. g. dum aqua ideo se reducit ad frigus paulatim, quia calor, non quidem producendo aliquid in aqua, sed per suam entitatem & unionem exigendo, ne frigus inducatur, illud impedit; sæpè autem resistit & resistentiâ formali, & activâ. Potentior autem est activitas agentis, quàm resistentia activa reagentis seu passivi, cum hoc pauciores gradus expellat ex agente, quàm illud inducat in passum; & quia major est agentis activitas, etiam magis exigit productam à se qualitatem unire subjecto, quàm reperta in eodem subjecto qualitas contraria  
exigit

exigit productam ab agente contrario qualitatē contrariam, non uniri subjecto; & nisi sic fiat, non fiet unquam alteratio. Resistētia tamen formalis, quā agens resistit reagenti, minor est resistētiā activā seu activitate suā, sive fortiū agit in passum, quā eidem reagenti resistat formaliter. Cujus hęc videtur esse ratio, quod qualitas existens in gradu intenso, etsi sit magis activa, minū tamen ipsa exigit, sibi uniri gradus intensos, quā remissos, cum per ademptionem intensorum graduum non sit ita vicina corruptioni, quā per ademptionem remissorum, quodque subjectum (si qualitas debilior sit ejus proprietas) fortiū conservet eam, quō magis ea appropinquat corruptioni, etsi de cætero in aliis circumstantiis subjectum uniformiter conservet sua accidentia.

XIII. Datur quoque sæpe in alteratione reactio & repassio, id est, mutua actio & passio agentis in passum, & passio in agens, etiam secundum eandem contrarietatem & partem passio. Ubi id observandum, illud hęc dici simpliciter agens, quod agit cum victoria, illud verò passum, quod

VIA-